BERNARDUS CLARAVALLENSIS. NICOLAUS CLARAVALLENSIS. OGLERIUS DE LOCEDIO
Heiligenkreuz (?), Wende 13./14. Jh. (?) Seite 6v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30417
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift



tumultum uiciorū. Et tunc fecit eum princeps huius mūdi
regnū suum. fortis armatus atrium suū. pater tenebrarū
obcecatū suum. Adūsus hunc potentē nullum paupi nr̄o
est adiutoriū ex se. nullum ex racione. nullum ex lege.
Qui enim natus est de corrupto corruptus. subacto sb̄act⁹
peccatore peccator. ad liberandū se nō sufficē potuit p̄ se.
Potuit quidem racio conferre filius ade. ne peccarent ad
mortem. sanare autem non potuit quam ex patre cōtra
xerant mortem. Fuit enim de futuro cautela. nō de p̄terito
medicina. Subsecuta ē lex non que sanaret plagam. sed
que factores eius p̄pararet ad graciam. Lex enim non ad
p̄fectum adduxit. in p̄fectum nostrum. nec ad p̄adysum
reduxit eiectum. nec ad uitam reduxit mortuum. Ad susci
tandum filium sunamitis iezi precedens helysei portauit
baculum. domum intrauit. sup̄positus est puero. s̄z non
erat puero neq; uox neq; sensus. Merito itaq; mat̄ pueri
pedes helysei tenuit ab eo non discedens. in ipō speraui
dicens. Viuit dn̄s ⁊ uiuit anima tua. quia non dimittā
te. Audiuit ⁊ exauduit helyseus dep̄cantē. descendit et in
trauit domū. totum se sup̄ mortuū expandit. ⁊ eū susci
tauit. Attendant hystorie figuram nescientes. excitentur
scientes. increpentur negligentes. Puer mortuus p̄mus
parens ē. ⁊ dei gracia derelictus. Hic anime defectus ē aīe
mors. Moritur caro. cum ab anima deseritur. Moritur
anima. cum a deo separatur. Hec mors homini p̄missa
est ante peccatum. illata p̄ peccatum. ablata p̄ eum qui
non nouit peccatum. Audistis enim quia dictum est.
Quacumq; die comederis ex eo. morte morieris. Phuma